



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XVI. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich und Johann bestätigen dem  
Kloster Bernstein die Schenkungen des Markgrafen Albrecht, am 2. August  
1299.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

mutuo presiterunt, quas marcas de confagitatione penitus danda de predicta Stendal recipient siue tollent quoad usque dicti ciues in integro et plene sustulerint seu rehabuerint summam pecunie iam pretacte. Ad cuius rei euentiam presens damus scriptum nostris sigillis roboratum. Assuerunt huic tractatui Fredericus de Ecstede, Iohannes Romolo, Iohannes de Vchtenbagen, Zab. de Bardeleue, milites et quam plures alii fide digni. Datum in Ratenow, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVIII<sup>o</sup>. die Processi et Martiniani martyrum, per manus domini Zacharie, nostre curie capellani et notarii.

Nach dem Orig. des Stendal. Rathsarchives No. 33.

XVI. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich und Johann bestätigen dem Kloster Bernstein die Schenkungen des Markgrafen Albrecht, am 2. August 1299.

Nos Otto, Conradus, Hinricus et Iohannes, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberch Marchiones, Recognoscimus et tenore presentium euentius protestamur, quod omnes donationes ac omnia bona, siue illa consistant in villis, pascuis, pratis, lignis, siluis, molendinis, piscationibus, in ecclesiis siue in ceteris bonis quibuscunque, quas illustris princeps marchio Albertus, patruelis nostre dilectus, titulo proprietatis Abbatisse, priorisse totique conuentui dominarum in Berensten de ordine Cystercentium ob remedium anime sue atque suorum successorum donauit et contulit, concedimus et confirmamus in hiis scriptis, gratum etiam et ratum habentes, quicquid predictis dominabus est a predicto domino marchione Alberto, nostro patruo, elargitum. Vt ergo ista omnia a nobis et posteris nostris rata et firma permaneant et inuiolabiliter obseruentur, presentes dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Huius autem rei et facti testes sunt: Dominus Otto, comes de Nowgarden, Dominus Bernardus prepositus in Vredeberch, dominus Romolo, Dominus Ludekinus de Wedele, Günterus de Raensten, Hinricus dictus Morcyn, milites; Dominus Bloc, Dominus Scheker et suus frater et Thidericus, nostre curie notarius, nec non alii quam plures fidedigni. Actum et Datum Arneswalde, temporibus Erardi prepositi, hoc procurantis, anno domini M. CC. LXXXIX. in crastino beati Petri ad vincula per manum Thiderici de Cothene, nostre curie notarii supradicti.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.